



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Constantinus Imperator, & Civitas Constantinopolitana, n. 53 [i.e. 35]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Gallonius in vita B. Philippi Nerei.
dote, viro pietate, ac eruditione insigni, latino primum, deinde auctius Italico sermone laculenter conscripta; vnde nonnulla, quæ hic referimus, iidem fere verbis transfulimus. Itaque vir Beatus non ipse solum erga Virginem studio ferobatur singulari, sed ad hoc suos etiam assidue hortabatur. In Deiparæ honorem precationibus aliquas iaculatorias ad opem eius implorandam recitari iubebat, cuiusmodi est illa, quam ipse frequenter usurpabat: *Virgo Maria Dei genitrix lesum ora pro me.*

In ca. ubi de virgine orationis eius
& illa: *Virgo Mater da mihi, ut semper tui sum memor;* & alios ad varios animi affectus pios excitandos; quorum exempla ad calcem vitæ eiusdem Italico sermone editæ habentur; ex quibus corollas aliquas crebro in Deiparæ honorem à suis recitari volebat in hunc modum, vt ad numerum globulorum coronæ B. Virginis loco Orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ, quæ recitari solent, aliqua ex his precationibus identidem reperenda substitueretur. In suo cubiculo (quod post eius obitum in oratorium, ubi sacra sunt, meritò est conuersum) à Domino, & à B. Virgine sæpius meruit visitari: sed peculiariter anno 1594. cum desperata à Medicis eius salute penè moribundus, Beatissimam Virginem ad se in lectulo iacentem venire coniecit: mox integram sanitatem recepit. ipse verò toto corpore nullo fultus adminiculo ad vnus circiter cubiti altitudinem sublimis mirandum in modum attollebatur, & Virgini clara voce vber-

B. Virgo in suo cubiculo assidue apparuit admiranda Virginitate apparuit.
rimis intermixta lacrymis dicebat audientibus, qui aderam, ipsamque ita à cubili sublata videntibus (inter quos aderat Antonius Gallonius, qui hæc litteris mandauit.) *O charissima mihi Virgo tu ad me venisti, ut me his doloribus liberares? & quis ego sum, qui tua presentia sum dignus?* & similia verba humilitatis, & familiaritatis plenissima. Alias anno 1576. cum tignum, cui rectum adiculæ superponebatur, in qua sacra à Patribus Oratorij fiebant altera ex parte totum extra murum, fulciente nemine, staret, vidit noctu Deiparam suis illud manibus sustentantem: ex quo præsentissimam eius opem in tanto discrimine intellexit: statimque à fabrica resectum illud, ne spontè corruens aliquem opprimeret, demolendum curauit. Cum aliquid à Deo enixius consequi vellet, Virginem deprecatricem adhibebat, quo in genere anno 1572. cum Cæsar Baronus eiusdem Oratorij Sacerdos, vir

B. Philippi Nerei adsumus sublimis terra at illatur.

2æ Virgi-

non minus vitæ sanctimonia, quam eruditione clarissimus, qui postea in S. R. E. Cardinalium numerum est cooptatus, & periculosa febri ita laboraret, vt de eo iam concludatum esset, B. Philippus ad orandum pro eius valetudine se dat, cuius orationis series ipsi Baronio, qui eo tempore somno correptus erat, obiecta est. videbatur sibi videre eundem B. Philippum prope Christum stantem; ad Christi dexteram sanctissimam Virginem candenti amictu, & beati Virum obnixè Dominum rogantem in hæc verba: Cæsarem restitue pristinae valetudini id quod magna fiducia varijs identidem repetebat, nec tamen quicquam impetrabat: quare ad sanctissimam Virginem conuersus, cum ea suppliciter agebat, vt quod ex se consequi non poterat, per eam omnino assequeretur. cumque Virgo impensè oraret filium, tandem exorauit. Somno deinde æger expergefactus, breui omnino penitus morbo liberatur. Anno 1576. cuiusdam afflicti capitis doloribus, & febribus vehementer afflicto, manibus suis capiti impositis in has prorupit voces: Peccata fuge: sanctissimam Dei matrem magno pietatis affectu venerare: & confestim melius habere cepit, breuique incolumitati est redditus. Post eius obitum rogatus à nonnullis, vt à Virgine sanctissima aliquid exoraret, illic fructum precum eius sunt experti. Cum enim quædam mulier anno 1595. Octobri mense fetum mortuum effudisset, obstetrix multis remedijs frustra adhibitis, sanctissimæ Virgini pro puero votum fecit: sed cum non exaudiretur, orauit B. Philippum, vt beatissimam Virginem ipse rogaret, vt puerum à mortuis excitaret: quo sacro baptismo ablui posset: & aliquot beati viri capillis admotis, extemplo mortuus infans rediit ad vitam. mox saluari baptismatis vnda abluitur. Cuidam puellæ gratissimè ægro-tanti Deipara cum B. Philippo, ad quem puella cum parentibus confugerat, per quietè visa ei dixit se B. Philippi intercessione moribus depulsuram, atque ita breui conualuit.

CONSTANTINVS IMPERATOR & Civitas Constantinopolitana

35 **H**anc porò erga Virginem pietatem non tantum viri Ecclesiastici coluerunt, verùm etiam sæculares Principes præclara eius rei exempla posteris reliquerunt, quorum

nem sanitate Baronio obtinet.

Ad pietatem Virginitate horretur lib. 2. c. 39. Dolore capitis agrum sanat.

Lib. 2. c. 33 Per Virginitatem impetrat desiccat vitam Cuiusdam agroti sanitatem.

Lib. 3. c. 38. Ad vitæ ipsa in vita Latino sermone edita habentur.

quorum nonnulla, omiffis plurimis, huic ca-
piti inferenda duxi.

*Constantinopolis à
suis fundat
ione Deipara dicata.
Zonaras.
Niceph.*

Constantinus Magnus Imperator longè
clarissimus cùm constantinopolitanam Vrbem
Bizantijs fundasset, Episcopus, qui ad Nice-
nam Synodum conuenerant, euocauit vt suis
precibus noua ædificia confirmarent, quem-
admodum testatur Zonaras lib. 3. Annal. &
Nicephorus lib. 8. Eccl. hist. c. 26. Igitur, inquit
Nicephorus, *encania, & consecrationis festum
dñm celebrant: in cruento sacrificio operantur:
precibus, votuq; urbem abundè prosequuntur,
& firman: eadēq; Dei genitrici dedicant, no-
uam Romam, imperantemque Constantinopolim
cognominantes. Alexandro cum Bizantijs Eccle-
siam regente. hæc ille. Idem porò Constanti-*

*Gregorius
Turonen.
Tres pueri
ingentes
columnas
B. Virginie
ope astol-
lunt.*

nus, teste Gregorio Turonensi in libro de glo-
ria martyrum c. 9. Deiparæ Basilicam admi-
rabili opere erexit, in qua cùm columnæ præ
magnitudine (habebant enim sexdecim ped-
um circuitum) leuari non possent: beatissi-
ma Virgo per visum ostendit artifice quasnam
machinas adhiberet, quomodo trocleas sus-
penderet, atq; funes, iussitq; vt tres pue-
ros è scholis ad tantum opus adhiberet: quæ
omnia cùm ille euigilans perfecisset, tres illi
pueri columnas, quas multitudo virorum for-
tium mouere nequiverat, summa velocitate
subleuarunt. Quantum autem opis à Deipara
Vrbis Constantinopolitana Virgini, vt dixi,
dicata, eiusq; nomine Ciuitas Virginis
appellata, consecuta est, facillè declarant
Græcorum historia, & Annales apud Theo-
phanem; qui cùm aliquod magnum à Deo
consecutum populum Constantinopolita-
num tradit, id Deiparæ precibus consecu-
tum, affirmat. Inter alia verò Ciues Con-
stantinopolitani à Saracenis, alijsq; Bar-
baris sæpe obsessi, vel oppugnati cum com-
plura, eaq; celeberrima in vrbe illa essent
Deiparæ templa, eiusq; cultus apud ipsas
inprimis vigeret, ad Deiparam confugientes,
eamq; enixius inuocantes non sine magna
barbarorum clade sunt liberati. quod peculia-
riter consecuti sunt cum ingenti exercitu
obsiderentur ab auaribus Thracibus, qui Hun-
ni dicuntur, anno nostræ salutis 625. dum
Heraclius Imperator in bello Persico occupa-
tus ab ea Vrbe abesset, & iterum à Saracenis
anno 672. sub Constantino Pogonato: & ab
ijsdem anno 717. sub Leonis Isaurici ini-
mum cùm nondum bellum contra sacras I-

*Constanti-
nopolita-
na Ciui-
tas à Vir-
gine de-
dicata.*

magines apertè suscepisset. quæ omnia fusius *Cap. 10.*
cap. 20. descripsimus. Et quemadmodum Ci-
uitas illa quamdiu Roman. Pontificis Chri-
sti Vicarij, omniumq; Christianorum Pa-
tris auctoritatem venerata est, Barbaris, atq;
infidelibus inexpugnabilis extitit Dei geni-
tricis præsidio, de qua meritò dicitur Cant. 8. *Cant. 8.*
Ego murus, & vbera mea Turris: ita vbi à com-
munione sanctæ sedis Apostolicæ pertinaci
animo se subduxit, Deiparæ patrocinio in-
dignam se reddidit, de eaq; illud Thren. 2. *Thren. 2.*
dici potest: *Luxu anemurale, & murus pari-
ter dissipatus est;* nam anno 1452 setia tecu-
da Pentecostes infra octauam ceclbritatis ad-
uentus Spiritus S. cuius processionem à filio
pleriq; eorum impiè negant, à Mahometto
Turcarum Tiranno est capta, & in durissimâ
Turcarum tyrannide iusto Dei iudicio sunt
traditi. vt vel sic aperiant oculos, & rectè de
S. Spiritus processione, cuius vltionem sunt
experti, sentiant; & ad vnitatem S. Romanæ
Ecclesiæ omnium Ecclesiarum matris, ac ma-
gistræ reuertantur: sicq; Deiparæ protectio-
nē, ac præsidium iterum experiri mereantur.

NARSES DVX EXER- citus.

Narses Iustiniani Imperatoris Dux mili-
um inclutus, qui Gothos ferocissimos
diuturnis victorijs insolentes penitus proli-
gavit: Italiamq; à periculo Arjanismi cui
illi erant vehementer addicti, & ab eorum ty-
rannide in libertatem asseruit anno Domini
553. Deiparæ Virginis aded studiosus fuit,
vt eius intercessione, ac peculiari directione
in prælijs instructus, ingentes de hostibus re-
tulerit victorias, quod fusius cap. 20. exposui-
mus. vbi etiam ab infamis euocatorum in Ita-
liam Longobardorum probamus eum fuisse
immunem.

*Narses
Iustiniani
Imperatoris
Dux.*

LVDOVICVS PIVS IM- perator.

Luovicus Pius Caroli Magni filius
Templa in Virginis honorem constru-
xit, cui ita addictus fuit, vt ne venatum qui-
dem proficisceretur, nisi sacram Deiparæ I-
maginem secum conferret, vt coram illa in
media solitudine suas funderet preces, aucto-
re Crantzio in metrop. lib. 1. cap. 10.

*Ludovicus
Pius in Dei
paramph-
ligio.*

SANCTVS